181.

Religione Græca inserta prætextu, et alia quæcunque in favorem Ruthenorum non Unitorum, et præjudicium S. R. E. Unitorum concessa, protestati sunt, neque eis ullum consensum præbuerunt; Ita nos infrascripti Archiepus et Episcopi postquam in Comitijs proxime præteritis anno 1641. celebratis quædam non Unitorum postulata S. Romanæ Ecclesiæ Unitis præjudiciosa contradicentibus et protestantibus viva voce in facie Reipublicæ duobus Illmis Posnaniensi et Premisliensi Episcopi tunc præsentibus Illmo Stanislao Radzivilio Duce in Olika et Niesviez M. D. Lithuaniæ Curiæ marescalcho, et alijs nonnullis ex Equestri Ordine cum hæc postulata inter alias legitimas in facie Reipublicæ legerentur in volumen legum inserta sunt, contra eadem postulata tanquam S. Romanæ Catholicæ Ecclesiæ, eiusdemque Unitis præjudiciosa protestamur, præsentemque protestationem, et manifestationem manibus nostris subscriptam Actis Metricæ Minoris S. Regiæ Maiestatis inserenda tradimus, et inseri petimus. Actum Varsaviæ die 12. Febrij anno 1642.

Matthias Lubienski Archiepus Gnesnensis manu propria.